



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Capvt LXXVI. Gerardi-Montense S. Hadriani Coenobium, in Flandria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

CAPVT LXXXVI.  
GERARDI-MONTENSE  
S. HADRIANI  
*Cœnobium, in Flandria.*

An. 1095-

An. 1110.  
M. Jerus  
in annal.  
Flandria-

**F**uit hoc cœnobium primo situm ac fun-  
datum in vico quodam Decliuio, seu De-  
cliuium nucupato, per Manassem Episco-  
pum Cameracensem, circa annum millesi-  
mum nonagesimum quintum; sed consenti-  
ente Manasse Archiepiscopo Remensi, eius-  
que Coepiscopis, propter loci angustias à De-  
cliuiio ad Gerardi montem translatum est, an-  
no millesimo nonagesimo sexto, petente id  
Roberto Hierosolymitano Flandriæ Comite,  
& Hinrincboldo eiusdem opidi Castellano.  
Hec nobiscum R. P. Hieronymus Moncæius, eius  
loci Abbas, Francisci Moncæi viri scriptis edi-  
tis clariffrater, communicavit. Ceterum Gerar-  
di-mons opidum est Flandriæ, ad quod S. Hadri-  
ani, martyris Nicomediensis reliquiae ex Rauli-  
curia Hannoniae pago, ab Eubaldo sacerdote, an-  
millesimo centesimo decimo, sunt translatæ. Qua-  
quidem reliquiae hoc in cœnobia hodieque, adser-  
uantur, tantoque piorum hominum concursu fré-  
quentantur, ut & cœnobium & opidum  
ipsum S. Hadriani cognomento  
ferè innotescant.

(••)

CAP.